

dictam dominam .C. in testamento suo de duabus curiis .s. Edh. et vnø cum molendino & pratis in hamu. quas dicto domino, B. pætærsson Marito suo pro redempcione legatorum in dicto testamento ipsa domina .C. reliquit, reddentes ipsum dominum .B. & heredes suos quittum & liberum a quacumque inpeticione nostra, & heredum predictorum quorum tutores & responsales sumus in hac parte que in posterum moueri potest super curiis. Molendino. et pratis supradictis, Jtem ordinauimus & ratum habemus ex parte predictorum heredum. quod dicti heredes porcionem hereditariam que secundum leges patrie contingebat dictam dominam .C. jn bonis sepedicti domini .B. non expetant. nec occasione cujuslibet commutacionis seu diuisionis in posterum ipse dominus .B. vel heredes sui, per nos vel per heredes predictos super inpeticione porcionis hereditarie predictæ aliquatenus molestetur, Ego autem Birgerus pætærsson reddo liberos & quittos heredes sepedictæ vxoris mee ab inpeticione porcionis hereditare que me vel heredes meos secundum leges patrie in bonis ipsius vxoris mee contingebat, huic autem nostri placitacionj et ordinacionj presentes fuerunt venerabilis vir Magister Andreas prepositus vpsalensis, dominus Rødh, Dominus orestes frater eius, dominus karolus Erlendsson, dominus johannes angelus, frater israel lector sictioniensis, haquinus legifer. Eskil skielghi, Carl høcher, olaws in Ekiby, Johannes gasabogh, Johannes chobucher. olaws de languthoru, et sixtæn, Jn huius eciam rei robur. & ampliorem euidentiam sigilla nostra vna cum sigillis predicti Magistri Andree dominorum Rødh, orestis, karoli, Erlensson presentibus sunt appensa, Actum, Anno, die, et loco supradictis.

Sigillen: 1, 4, 10, 11. andeliga, skadade; 7, 8, 9 bortfallna; 2, 3, 5, 6, mindre skadade.

1149.

1295 d. 14 Nov.

Kusta.

Biskopen i Åbo MAGNUS I:s stadfästelse af Biskop Thomæ bref rörande en jordlott i Masko och Taypale.

B. 5; 102.

Vniuersis presentes litteras visuris vel auditoris MAGNUS dei gracia episcopus Aboensis Salutem in domino sempiternam Noueritis nos litteras felicis recordacionis thome quondam aboensis episcopi vidisse sub hac forma THOMAS &c. *Se föregående N:o 291.* Et quia heres predicti cappellani super confirmacione donacionis predictæ nobis institit rogans Quatenus nos eandem donacionem dignaremur confirmare Nos inspecta donacione prefata predecessorum nostrorum nec non confirmacione eorundem ipsam cum racione confirmacionis & sepedictæ cum eciam propter meritum vilhelmi heredis cap-

pellani supradicti cum ipse temporibus dominj iohannis bone memorie predecessoris nostri quandam mansionem que saris vocatur ecclesie nostre Abo-ensi contulerit sepedictam donacionem predecessoris nostri auctoritate qua fungimur confirmamus Datum jn Custu Anno dominj M°CC°XCV die lune proxima ante festum sancti martini. jn horum evidenciam ampliorem Sigillum nostrum cum sigillo Capituli nostri Presentibus litteris est appensum.

1150.

1295 d. 29 Nov.

INGEVALDS af Mosseboda bref på en gård till Wreta kloster i byte mot Karleby.

A. 3. t. 1.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. JNGIWALDUS de mossebudem salutem & omne bonum. Quia predia nostra que in harbethe habuimus comutauimus cum domina abbatissa de wretum pro prediis que habentur in karleby & hoc coram testibus fecimus viris discretis & honestis commisimus ei in perpetuum predicta predia in herbothe possidenda. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrorum amicorum duximus apponendum. Datum anno domini M°.CC°.XIC°.V°. jn vigilia sancti andree apostoli.

Sigillet bortfallet tillika med den ur brefvet klippta remsan.

På frânsidan. Harbeto.

1151.

1295 d. 28 Dec.

Linköping.

JOHAN JNGESSON och dess hustru HELENAS gåfvobref på Berga i Kætilstads socken, samt Utala, och Björkefors qvarnar till Biskopsbordet i Linköping, och Konungens stadfästelse å samma gåfva.

B. 3: 113.

Omnibus presentes litteras inspecturis JOHANNES JNGASON & vxor sua HELENA salutem in domino Tenore presencium constare volumus euidenter, Quod nos ob dei & apostolorum eius petri & pauli Reuerenciam, de propinquorum & amicorum consilio curias nostras videlicet byergæ in parochia kætilstad cum omnibus suis pertinenciis Et vtalæ cum molendinis in birkÿffors colonis siluis pratis nec non pertinenciis earundem curiarum ceteris Ecclesie lincopensi pleno iure conferimus perpetuo possidendas Jta tamen quod vsus & vsu fructus penes nos quoad vixerimus remanent earundem Post mortem autem nostram ad proprietatem & dominium lincopensis ecclesie deuoluantur Ad confirmandam igitur donacionis huiusmodi & ad premissorum
eui-